Iſta ſolennitas lauādi pedes hoſpitibus ſeruaꝛ in ꝯgregatione S.Juſtine oportune vt in eorum conſtitutionibus.

tui) Animaduertendū ꝙ huiuſmodi ordinatio nō poteſt iſtis tēporibus ad plenuz obſeruari: tum propter frequentiā pauperum ⁊ hoſpitū: tum q2 diuerſis temporibus veniunt: tū q2 abbati icumbunt plures alie occupationes: tum q2 conuentus ſine magna grauitate nō poſſit totus intēdere huic officio: quare prudenter nobis diſpoſitū videꝛ vt aliqui fratres deſcribātur de cōmunitate qui hoc humilitatis officium certis diebus peragant: ⁊ alij alijs diebus. Sequitur (Pauperū ⁊ peregrinorum maxime ſuſceptio omni cura ſollicite exhibeaꝛ q2 in ipſis xp̄s magis ſuſcipitur) tū q2 i eis repreſentaꝛ magis xp̄s. vñ fratres eos vocat math.xxv. vbi dicitur. Quicqd feciſtis vni ex his fratribus meis minimis: glo. interli. qui pauperes ſpiritu ſunt: mihi feciſtis. Item math.xviij. Qui ſuſcipit vnū talē paruulum in noīe meo me ſuſcipit. Et hieronymus ad nepocianuz. Menſula tua pauperes ⁊ peregrinos ſuſcipiat: ⁊ cū illis xp̄s conuiua erit: tum q2 in ſuſceptione pauperū maius eſt teſtimoniū charitatis q̄3 in ſuſceptiōe diuituz: tertia io. primo: Kariſſime fideliter facis quicqd operaris in fratres ⁊ hoc in peregrinos q teſtimoniū reddiderūt charitati tue in ꝯſpectu eccleſie. Et hec eſt cā quā ſanctus pater ſubdit dicens (Nā diuitū terror ipſe ſibi exigit honorez) Quia ſctūs pater fecerat mētionē d̄ refectōe hoſpitū: ſubdit de diſpoſitione coquine hoſpitum ne ꝓpter adueniētes hoſpites fratres inquietari cōtingat: ⁊ regularis obſeruantia perturbari dicens (Coqna abbatis ⁊ hoſpitum per ſe ſit (id eſt ſeparata. Et qđ diciꝛ de coquina intelligendū ē etiā de menſa: videlʒ ꝙ locus ſuſcipiendi hoſpites ad refectionē ſit ſeparatus a cōmuni loco fratrū. Nō enim conueniret vt indifferenter quilibet hoſpes cū fratrib⁹ in refectorio induceretꝛ ad comedenduz. Et hui⁹ cauſe treſ aſſignari poſſēt. ¶ Primo ꝓpter diuerſitatez tēporū ⁊ varietatē horarū quibus hoſpites veniūt ⁊ quo fratres regulariter debent comedeꝛ. Unde ſepenumero nō poſſent fratres cū hoſpitibus obſeruare tempus regulare comedēdi ſuperius aſſignatuz. ¶ Scđo propter varietatē cōditionis perſonarū: tales enī

Non conuenit quoſlibet indifferenter cum fratrib⁹ ad comedendum inducere in refectorio tribus de cauſis.

poſſent eſſe perſone hoſpitū puta ita laſciue aut leues ꝙ eſſet periculū inducere eaſ in cōi fratrū refectorio ad comedendum ꝑꝑ iuuenes religioſos ⁊ nondū bñ i amore regularis vite firmatos. Si aūt eſſent ꝑſone venerabiles mature ⁊ graues ex quibus nō niſi edificatio bona actiua vel paſſiua vel vtraq3 expectanda ſit: cōmendabile eſt ſi aliquando ad refectoriū cuz fratribus introducantur: auiſatis tñ fratribus vt pro gloria dei ⁊ bona edificatiōe aduenientium hoſpitū omni vtantur grauitate ⁊ modeſtia. ¶ Tertio ꝓpter varietatē ferculoꝝ. Cū enim hoſpitibus vt pax ante in hoc capitulo dictū eſt omnis humanitas exhibenda ſit: aliqua veniant hoſpitibus miniſtranda: vtputa quandoq3 carnes aut aliqua magis precioſa aut delicatiora cibaria que nō adminiſtrabunꝛ cōitati fratrū. Moleſtū aūt eſſet maxime imꝑfectis videre illa hoſpitib⁹ miniſtrari d̄ quibus ipſi nō guſtāt. Quare optime ſanctus pater inſtituit vt coquina hoſpitum ſub qua menſa accipitur ſeorſum a cōmuni refectionis loco fratrū ſit ſeparata. Cuius ratio ſequitur (vt incertis horis ſupuenientes hoſpites qui nunq̄3 deſunt monaſterio nō inquietent fratres) Conſeqnter de ſeruitorib⁹ coquine prouidēs ſubdit (In quā coquinā ad annū ingrediantur duo fratres q ipſum officiū bene īpleant quibus vt indigēt ſolatia adminiſtrētur eis). i. adiutores. Ubi ꝯſideranda veniunt ⁊ numerus hoſpitū ⁊ qualitas eoꝝ: q2 ſi ſunt plures aut nobiles ⁊ magne auctoritatis perſone plures ſeruitores ⁊ magis apti ſunt adiungendi: tanto plures vt ſi nō in vna domo ſed in diuerſis locis et a ſe diſtantibus hoſpites ad comedendū collocarenꝛ. Cuius inſtituti ſubiūgit ſanctus pater duas cauſas. Una ē (vt abſq3 murmuratione ſeruiant) Secūda (vt iterū quando occupationē minorē habēt exeant vbi eis imperatur in opera) Senſus eſt: Seruitoribus prefatis ſolatia adminiſtrenꝛ prout indigent vt min⁹ fatigati poſſint etiam poſt exhibitū obſequiū hoſpitibus aliquā obedientiā in monaſterio explere: qđ non poſſent ſi occupationez plurimā ⁊ grauantē habuiſſent in prefato officio coquine. Quod etiā obſeruandū eſt

Comendat iſtitutiōez ſancti patris.

Ordīatio fratruz q preſint hoſpitio.